Quod quidē ꝑ ſingularē ſalubritatē aliq chreſtō appellant:alii pancratiō.Et ſilueſtre genus alii edy
pnoida uocāt:latioris folii.Stomachū diſſolutū aſtringit cocta.Crudaq; ſiſtit aluum.Et dyſentericis
ꝓdeſt magis cū lente.Rupta & cōuulſa utroq; genere iuuātur.itē qbus genitura ualitudinis morbo
effluat.ſeris & ipſa lactuca ſimillima duū generꝫ ē.ſilueſtris melior.Nigra iſta & eſtiua.Deterior hy-
berna:& cādidior.Vtraq; tamē ſtomacho utiliſſima:ꝑcipue quē humor uexat.Cū aceto in cibo refri
gerant uel illitæ:diſentiūtq; & alios q̄ ſtomachi.Dū polēta ſilueſtriū radices ſtomachi cā ſorbent.Et
cardiacis illinūtur ſup ſiniſtrā māmam ex aceto.oēs hæ & podagricis utiles.& ſanguinē reiiciētibus
item quibus genitura fluit alterno dierꝫ potu.Petronius Diodotus qui antilegomena ſcripſit ī totū
damnauit :ſerin multis modis arguens.Sed aliorꝫ omnium opinio reſiſtit.

De braſſica & lapſana:& de braſſica marina & ſcylla & de bulbis & bulbine: Ca.ix.

Braſſica laudes lōgū ē exequi:cū & cryſippus medicus priuati uolumē ei dicauerit p ſingu
la mēbra hoīs digeſtū & dieuches.ante oēs āt pythagoras & Cato nō ꝑtius celebrarint.Cu
ius ſententiā uel eo diligētius pſequi par ē:ut noſcatur ꝗ medicina uſus ſit ānis ſexcētis. in
tres ſpecies diuiſere eā græci antiquiſſimi: Criſpā:quā ſelinada uocauerunt a ſimilitudine
apii foliorꝫ ſtomacho utilē: aluum modice mollientē.Alterā leā latis folis e caule exeuntibus.Vnde
cauloden quidā uocauere:nullius ī medicina momēti.Tertia eſt ꝓprie appellata crābe: tenuioribus
foliis:& ſimplicibus:denſiſſimiſq; amarior:ſed efficaciſſima.Cato criſpā maxime ꝓbat:dein læuē grā
dibus foliis:caule magno.prodeſſe tradit capitis dolorib⁹:oculorꝫ caligini:ſcintillatiōibuſq;:uel ſto-
machi præcordiis.Crudā ex aceto & melle:coriādro:ruta:menta.Laſeris radicula ſumpta acetabulis
duobus matutino.Tantāq; eſſe uim:ut qui terāt hæc ualīpioræs fieri ſe ſentiant. Ergo uel cum uino
tritam ſorbendam:uel ex olei intinctu ſummendam.podagræ autem morbiſq; articulariis illini cum
rutæ coriādri & ſalis mica hordei farina.Aqua quoq; eius decocta neruos articuloſq; mire iuuari. Si
foueātur uulnera & recētia & uetera.Etiā carcinomata quæ nullis aliis medicamentis ſanari poſſint.
Foueri prius aqua calida iubet:& bis die tritā imponi.ſic etiam fiſtulas eluxatas & tumores reuocari:
quæq; diſcuti opus ſit.inſomnia etiā uigiliaſq; tollere decoctā ſi ieiuni edant q̄ plurimā ex oleo & ſa
le.Tormina ſi decocta iterꝫ dequoquatur:addito oleo & ſale cumino polenta:ſi ita ſumatur ſine pane
magis profuturā.inter reliqua bilem detrahit per uinum nigrum pota.Quin & urinā eius qui braſ-
ſicam eſitauerit:aſſeruari iubet calefactāq; neruis remedio eſſe.Verba ipſius ſubiiciā ad exprimendam
ſenſentiā.pueros puſillos ſi laues illa urina:nunquā debiles fieri.Auribus quoq; ex uino ſuccum braſ
ſicæ tepidum inſtillari ſuadet.Idq; etiā tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat.Et impetigines eadē
ſanare ſine ulcere .Græcorꝫ quoq; opiniones iā & Catonis cauſa poni cōuenit in iis dūtaxat quæ ille
prætermiſit.Biles detrahere nō percoctā putant.item aluum ſoluere.Eademq; bis coctā ſiſtere. Vino
aduerſari:ut inimicam uitibus.Antecedente ī cibis caueri ebrietatē.poſtea ſumpta crapulam diſcuti.
Hunc cibum & oculorꝫ claritati conferre multum.ſucco uero crudæ angulis uel tantum tactis cum
attico melle plurimū.Facillime cōcoqui.Ciboq; eo ſenſum purgari.Eraſiſtrati ſchola clamat:nihil eē
utilius ſtomacho neruiſq;.ideo paralyticis & tremulis dari iubet:& ſanguinē excreātibus.Hippocra-
tes cœliacis dyſentericis bis coctā cum ſale.itē ad tenaſmon & renū cauſas.Lactis quoq; ubertatē pu
erperis hoc cibo fieri iudicās:& purgationē fœminis.Crudus quidē caulis ſi edatur:ꝑtus quoq; emor
tuos pelli.Apollodorus aduerſus fungorꝫ uenena ſemē aut ſuccū bibēdum cenſet.philiſtion opiſto
tonicis ſuccum ex lacte caprio cū ſale & melle.inuenio& a podagra liberatus edendo eā decoctæq;
ius bibendo.Hoc & cardiacis datum & comitialibus morbis addito ſale.itē ſpleneticis ī uino albo p
dies.xl.ictericis oecnō & phreneticis radicis crudæ ſuccum gargarizandū bibendūq; demōſtrat.Cō
tra uero ſingultus cum coriādro & aneto & melle ac pipere & aceto.illitā quoq; prodeſſe iflatiōib⁹
ſtomachi.item ſerpentiū ictibus.& ſordidis ulceribus ac uetuſtis:uel ipſa aqua cū hordeacea farina.
Succum ex aceto uel cum fœnogreco.Sic aliqui & articulis podagris imponūt.epinyctidas ac qcqd
aliud ſerpit ī corpore ipoſita leuat.itē repentias caligines.Has & ſi manditur ex aceto.Sugillata uero
& alios liuores pura illita:lepras et pſoras cum alumine rotundo ex aceto.Sic et fluentes capillos re-
tinet.epichamus teſtium et genitalium malis hanc utiliſſime iponi aſſerit efficatius eandē cum faba
trita.Item conuulſis cū ruta.Contra ardorē febrium et ſtomachi uitia cū rute ſemine et ad ſecundas
et muris aranei morſus:foliorꝫ aridorꝫ farina alterutra parte exinaniuit.ex oīhus braſſice generibus
ſuauiſſima eſt quyma et ſi iutilis habetur difficilis ī coquendo:et renibus cōtraria.illud quoq; nō eſt
omittendū:aquā decocte ad tot uſus laudatam ſetere humi effuſam:Stirpium braſſice aridorum ci-
nis iter cauſtica itelligitur.Ad coxendicum dolores cum adipe uetuſto.At cū laſere et aceto iu cem
pſilotri euulſis illit⁹ pilis naſci alios prohibet:Bibitur et cū oleo ſubſeruefactus uel per ſe elixus ad cō
uulſa et rupta itus lapſumq; ex alto.Nulla ergo ſunt crimia braſſice:imo uero apud eoſdem animae
grauitatē facere.Dentibus et gingiuis nocere et ī aegypto ꝓpter amaritudinem non eſtur:Silueſtris